

CANCELL:
MARTIS B.
1717:


~~F~~ ~~*~~ zu OT L

22


DECANUS
COMMUNITATIS ARTIUM
AD
SOLENNITATEM
RENUNTIANDIS LITERARUM SUARUM
BACCALAUREIS

AD
INSTANTEM PROXIME SATURNI DIEM
H. L. Q. C.
QUIBUS FIERI CONSVEVIT, CEREMONIIS
CELEBRANDAM
QUIBUS DECET, HUMANITATIS STUDIIS
IN V I T A T.

DECANUS
COMMUNITATIS ARTIUM
AD
SOLENNITATEM
RENTINANDIS INTERARUM STUDIORUM
BACALARIES
AD
INSTANTIAM PROXIMA JULYRII DIES
H. G.
GIBUS FIERI CONSEBATUR CEREMONIA
CELEBRANDA
OMNIBUS DECET HUMANITATIS STUDIORUM
INVITAT.



J. N. R. J.



Xtremus labor, quo præterlapsæ proxime æstatis Pro-Decanus functus est, ad oblaturam se novam opportunitatem cætera reservavit, quæ ad declaranda media spectant, quibus impetentes extra ordinem concitatoris in rem familiarem fortis insultus vel evitari, vel sustineri, vel retundi etiam & repelliri possint. Ecce autem, quæ exspectata est, occasionem! Subiungemus igitur, quæ in materia, quæ tunc recenseri coepta est, porro seqvuntur. Et post heroica quidem inter ea, quæ ordinario modo fieri debere, credibile est, & conscientaneum, in exemplis ex Scriptura Sacra allegatis commendari præcipue potest, ad frangendas declinandasque annonæ difficultates fuga, & ex locis hactenus cultis, in quibus à penuria victus male est, ad loca, in quibus rerum abundantia reperitur, digressio. Discessere sic Iacobus ex sede sua ad Abimelechum, regem Philistæorum Gerariticum. Eadem fuga in simili tempore civis Bethlemiticus Ebimelechus cum uxore & filiis sibi consulere voluerat. Idemque fecit foemina Sunemita. Quin Jacobus

(2)

bus

bus duodecim tribuum Israëliticarum sator non solum filios in Ægyptum ad afferendum frumentum miserat, sed à filio Josepho etiam rursus hac occasione cognito & invento accersitus plane eo, relicta, qua haec tenus extiterat, manione se contulerat. Sed sva serimus tamen simul etiam in hoc præcepto, ut omnia prius probe excutiantur, numque satis honestè & tuto fieri possit, quod suscipitur, quam discessio constituatur. Sane Jacobus, fœmina Sunemita, & Isaacus non nisi ex peculiari vel Dei, vel vatis, svasione divinaque directione & futurarum rerum adumbratione & significatione consilium profectionis sumserant. Fœmina Sunemita præterea in periculo erat, quum reverteretur, ne facultates & possessiones proprias, quas reliquerat, amitteret. Factumque fuisset, nisi accepto ex peculiari regis Israëlitici gratia præcepto, quod fœmina ad ipsius aures allata erat esse, cuius filius ab Elisa in vitam revocatus sit ex morte, ne sic tractaretur & perderetur, obtinuisse. Et quam infelix fuerat apud Moabitas Ebimelechus? Et ipse & filii mortui erant. Vidua verò Naemi domum reversa ob indigentiam agrum hæreditarium vendere cogebaratur. Et nominare licet alios etiam viros, qui animadvertisi sic in delicta & populi & sua divini Numinis castigationi præsentes se subjecere, quam subducere discedentes & subtrahere, rebus quum publicis tum privatis consultius duxerunt. Hocque intuitu & Eliam vatem & Achabum Regem Israëliticum nominare non veremur. Nam quo tempore nulla pluvia per extensum satis tempus terram humectasset, & vates in terris adflictis subsistens à vidua prodigiosa licet ratione, alebatur, & Rex alia subsidia, quam fugam quærens, una cum præcipuo ministro divisa profectione ad omnes fontes & rivos se conferebat, an fœnum aliaque pabula inveneri posset, ne victu deficiente equi & muli & quæcumque supererant adhuc pecora interirent, & perimerentur.

Ad

Ad exemplum Themistoclis bene se gesserit adolescens, si patrimonio vel planè careat, vel eo, culpâ sive suâ sive aliena excidat, si eo impensis rebus agendis se dedat. Ut imperatorem enim istum contumelia, in quam inciderat, quod à parentibus exhäuserdatus fuerat, non fregerat, sed ideo erexerat, quod, qvum judicasset, sine summâ industria eam non poste extingui, totum se reipublicæ consecraverat, diligenteriusque tam famæ, quam amicis servierat, sic recte in corrigendis rebus corruptis suis se gerit adolescens, si prout aptus est rebus tractandis, strenuo studio res aggrediatur, fortunisque reparare contendat, quas suintibus, dum in non sat consideratis annis extitit, vel descendæ, cui se destinarat, arti, necessariis, vel luxuriosis etiam, & parando utili reipublicæ viro noxiis magis, quam appositis debilitavit, & occidit; vel fraude etiam fide parentium hominum, alienisque bonis nunquam non insidiantium amisit, & perdidit. De exilitate facultatum in persecutionibus perferenda multa ex exemplis allegatis afferri possunt. Israëlitæ Ägyptiaci mitigationem malorum precibus supplicibus à persequentibus contenderunt, David exagitatus à Saulo & ab Ambælecho sacerdote, & à Nabale Carmelitæ subsidia almentorum, & à Philistæorum rege tutam habitationem simul petiit, & adeptus est. Themistocles, ut ex variis locis, & principibus auxilium affectabat, ita à Persarum Rege Artaxerxe tandem magnis muniberis donatus in Asiam rediit, domiciliumque Magnesia sibi constituit. De Alcibiade autem proditum est, quod manu collecta primus Græciæ civitates in Thracia introierit, ut barbarorum præda locupletaretur. Neque dissenserimus, ut idem alii faciant. Sed concludi tamen velim præcepta prius accuratis, quam seunda putentur, coarctationibus. Et mitigationem quidem afflictionum innocentissimè ab afflagentibus semper petes. Ab aliis victum querere licet. Sed cavendum in

hic re inter alia est, ne, à quibus juvari cupis, iis noxa inferratur. Quia quidem ex causa animi parum circumspicientis vel David ipse insimulari posuit. Abimelecho certè, & aliis sacerdotibus non paucis exitii causa fuit petitio illius, quod ob datos Davidi panes sanctos à Saulo interficerentur. Reusque hoc magis hujus cædis David existimandus sit, quod, quum de re gesta nuntius ad eum venisset, id ipsum se prævidisse eventurum respondit, quod Doegum, qui rem ad Saulum delaturus esset, apud Abimelechum conspexisset. Et repulsa passus à Nabale grandi scelere se obstringere & födare constituerat, necem & ipsi domino & omnibus illius familiaribus illaturus, nisi sapientissimo opportunissimoque Abigaelis, uxoris Nabaliticae occursu à coepio consilio avocatus & abstractus fuisset. Factum Themistoclis, quo se apud Artaixerxem conservare studuit, totum damnandum est. Istudque quidem tam, quod, quum, quæ veller, aperiret, mentendi vanitatem adhibebat, se prælio apud Salamina commisso patrem ejus servasse, quem victoria plena & consummata privaverat, quam, quod, cum pollicitatione, suo auxilio Græciam patriam in potestatem Persarum redactum iri, amicitiam Persæ ambierat; quia re exitii sibi causa ipse extiterat, quo perit, postquam se promissa præstare posse, desperans venenum ipse sumpsit. Deprædationes non iniquæ sunt, si in justo bello fiant. Laudatoresque hoc in Alcibiade censenda, quod sic barbarorum potius, quam Græcorum opes impetuit atque invasit. Sed disceptari tamen adhuc ante diligentiori instituta dubitatione in facto Alcibiadis velim, ex quibus causis Thracas aggressus sit, quam definias, laudabilis turpisne bonorum aliorum creprio & ablatio vocanda sit, quæ ab hoc imperatore suscepta est. Et quid sentiamus? Subtracta isti omnis præda iterum à Thracibus est. An forte vindicta divina ita subduxit, quod non laudando titulo acquisitum erat? Certè ab imprudentia absolvit Alcibiades

cibides non potest, quod, dum penitus se in Thraciam supra Propontidem abdidit, fortunas à Thracibus abstractas in manus istorum iterum tradiderat, occasionemque adeò & tempus suppeditaverat, quo ad Dominos suos redire potuerat, quod ante istorum fuerat, inque regionibus ipsi indignantium excursiones invisa abstulerant. Non conceditur nunc omnia vel allegare, vel excutere, quæ ad materiam præsentem ad exempla ante recensita afferre licet. Quanquam plura in promptu sunt. Intellexeris enim ita præterea non rectè ferre adversa, qui ordinatum à Deo ad tempus viëtum minus copiosum, parumque varium & diversum aut irritandæ gulæ non satis sufficientem creditum naufragantes & detestati delicatiorem ambire velint & querere, ut in multiplices severissimasque poenæ & animadversiones Dei incurrerunt Israëlitæ, quod tædio demissi è coelo panis correpti non ex necessitatibus coactione, sed sollicitantibus ad appetitiones oblatis gubernandisque à Deo pro proclivi inducendos arbitrio præsentium rerum decursibus parum idoneas stimulis, quas ex Ægypto egressos relinquere se coactos esse viderant, nutritiones vehementissima postulatione desiderayerant. Sed ad alia institutum nos nunc vocat. Exoranda namque honorifica præsentia est *Magnisci Academiae Rectoris, Illustrissimorum Comitum, Utriusque Reipublicæ Procerum, generosissimorumq; & nobilissimorum Juvenum & quicquid in urbe tota literis faveret & deditum est*, solennitati Philosophicæ, in qua adolescentibus natalium & fortis & studiorum literariorum præstantia eximiis primos, quos Comunitas liberalium studiorum distribuere solet, honores, Baccalaureatumque vocamus, conferemus. Nomina Dnn. Candidatorum sunt

JOH. Gottlieb Bohne, Lipsiensis,
JO. CHRISTIANUS Polke, Vratislaviensis,
JOH.

JOH. Gottfried Stoer, Engelsdorffio Misnicus,
PAULUS DOERINGIUS, Reichenbachio Variscus,
GEORGIUS Reichenbach, Francofurtensis Marchicus,
Gottfried Sendenschwanz, Oederâ Misnicus,
FRIDERICUS Gottlieb Krantz, Sceudicio Misnicus,
HEINRICUS FRIDERICUS ALBANUS, Islebia Mansfeldicus.

Tempusque, quo in Auditorio Philosophico peragetur, quicquid conamur, horam IX. matutinam instantis proximè Saturni diei constituimus. Quanta igitur contentione possumus, rogamus & obtestamur, ut quibus res nostræ non dividæ sunt, designato loco & tempore compotes votorum nos faciant, daturos operam, ut vel pari vel alio obsequiorum genere nulla non data occasione manifestum fiat, non petere nobis solum officia nos solere, sed & reddere & compensare exhibita conari. P. P. Dom. II. Advent.

A. S. M DCC XII.

LIPSIAE,


LITERIS IMMANUELIS TITII.


JOH. Gottlieb Späthi, Lipsiae
JO. CHRISTIANUS Döbeli, Lipsiae
JOH.

00 A 6280



56,





27

**DECANUS
COMMUNITATIS ARTIUM
AD
SOLENNITATEM
RENUNTIANDIS LITERARUM SUARUM
BACCALAUREIS**

**AD
INSTANTEM PROXIME SATURNI DIEM
H. L. Q. C.
QUIBUS FIERI CONSVEVIT, CEREMONIIS
CELEBRANDAM
QUIBUS DECET, HUMANITATIS STUDIIS
INVITAT.**